



GVntherus ex illustri familia Bambergæ natus, à teneris annis operam literis dedit, atque multis artibus & uirtutibus clarus euasit. Accedebant plurima corporis bona, forma, robur, proceritas, & singularis uitæ integritas. Itaque sede uacante omnium consensu præsul Bambergensis electus est. Eam Ecclesiam per aliquot annos optimè administrauit, atque inde magnam gloriam acquisiuit. Cum autem eo tempore Germaniæ proceres inter prima pietatis opera numerarent Hierosolymam & sacra Christi uestigia uisidisse, Guntherus communicato cum amicis consilio quoq; eò proficisci statuit. Id cum alij intellexissent, statim Sigefridus Moguntinensis, Otto Ratisbonensis, Vuilhelmus Traiectensis, & multi alij ex proceribus Galliæ & Germaniæ sese ei coniunxerunt, anno millesimo sexagesimo quarto, tempore autumnali. In expeditione illa propter uirtutum excellentiam, & admirandam corporis dignitatem Guntherus primas habuit, ita ut aliorum rex uideretur. itaq; multi ex urbibus & agris eius spectandi studio confluebant, et quisq; secum bene actum credebat, cui eum uidere contigisset. Vnde cum in diuersiorij quiescerent, atq; turba ipsis molesta esset, cæteri Episcopi ei persuaferunt, ut in publicum prodiret, & obsequentem fores multitudinem suo spectaculo à cæterorum uexatione auocaret. Tantum corporis splendorem uitæ innocentia ac morum temperantia augebant. Verùm ipse hæc omnia propter Deum contemnebat, atque sese etiam infimæ conditionis hominibus adeò popularem faciebat, ut quandoq; à seruis suis contumelias uerborum patienter ferret.

xissent, statim Sigefridus Moguntinensis, Otto Ratisbonensis, Vuilhelmus Traiectensis, & multi alij ex proceribus Galliæ & Germaniæ sese ei coniunxerunt, anno millesimo sexagesimo quarto, tempore autumnali. In expeditione illa propter uirtutum excellentiam, & admirandam corporis dignitatem Guntherus primas habuit, ita ut aliorum rex uideretur. itaq; multi ex urbibus & agris eius spectandi studio confluebant, et quisq; secum bene actum credebat, cui eum uidere contigisset. Vnde cum in diuersiorij quiescerent, atq; turba ipsis molesta esset, cæteri Episcopi ei persuaferunt, ut in publicum prodiret, & obsequentem fores multitudinem suo spectaculo à cæterorum uexatione auocaret. Tantum corporis splendorem uitæ innocentia ac morum temperantia augebant. Verùm ipse hæc omnia propter Deum contemnebat, atque sese etiam infimæ conditionis hominibus adeò popularem faciebat, ut quandoq; à seruis suis contumelias uerborum patienter ferret.